

Cogitationes, Sive Considerationes Christianae Pro singulis Anni diebus

Complectens Januarium, Februarium, Martium

Nepveu, François

Monachii, 1709

Dies 1. De fine hominis. Homo servire Deo debet, quia is Creator ipsius est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60495)

— (191) —

Martius.

CONSIDERATIONES CHRISTIANÆ.

In Singulos Anni Dies.

MARTIUS.

DIES I.

De fine Hominis.

*Homo Deo servire debet, quia Creator
ipsius est.*

I.

AEquum est, ut Deo serviamus :
est enim Creator noster, & nos
opera manuum ejus; totos pro-
in esse ipsius nos decet. Ipse
est origo totius nostræ substancialiæ. itaque
omnium motuum nostrorum finis esse de-
bet. Quidquid sumus, quidquid habe-
mus, ab ipso accepimus. Itaque æquum
est, ut non nisi ipse vivamus. Omnino,
Domine, vivere non mereor, nisi tibi vi-
vam. Nihil adeò ad opificem, quam o-
pus suum spectat ; cum tamen is aliud ei
nit

N.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Matius.

nil dederit, præter formam, inventâ jam
antè materiâ: Deus, dum nos creat, nobis
& materiam & formam præbet; quia a-
lium fundum præter nihilum non invenit.
Longè igitur plus juris habet exigendi, ut
toti ipsius simus. Sumusne vere ipsius?
Mundus, voluptas, peccatum, an non
meliorem nostri partem sibi vendicant?
quanta injustitia! atque hæc, Domine, pa-
na mihi sufficiens est, cùm ipsum meum
peccatum tortoris obear vices; nam,
Eheu! potestne major nobis infelicitas
accidere, quam non penitus esse tuos?

II. Deus non semel duntaxat me crea-
vit, sed etiam, ut ita dicam, quovis mo-
mento me creat, dum me conservat, quod
conservatio continuata creatio sit. Cùm
de nihilo erutus sim, perpetuò eò tendo
inclinatio tam necessaria, ut quo-
vis temporis puncto eò reciderem, nisi Deus,
qui supra vastam hanc abyssum me suspen-
sum tenet, omnipotenti sua manu me susti-
neret. Et ego beneficam hanc manum
offendete non verear, quæ ad se vindican-
dam, meque perdendum alio non habet o-
pus, quam, ut se mihi subducat? Potest-
ne esse stultitia major, & turpior ingra-
animi labes? Cùm nec unicum sit mo-
mentum, quo Deus me non conservet; nec
bene

bene mihi faciat ; æquumne est , ut vel **Marius**,
unicum momentum sit , in quo eum offendam ? in quo eum non amem ? in quo ei
non serviam ?

III. Deus nos creasse , & conservare
non contentus , eò etiam se demittit , ut ad
omnes nostras actiones concurrat : neque
enim vel minimum exercere motum sine
ipsius auxilio possumus semper nobis pa-
rato. Supremum suum Dominium nobis
subiucere videtur ; & nos ipsi subiuci nolu-
mus ? An non rationi consonum est , ut ,
cùm ipse ex compacto semper nobiscum
rem gerat , etiam nos cum ipso ex com-
pacto operemur , & ipsius consilijs adstipu-
lemur : quia per indulgentiam admirabi-
lem nostris actionibus se non opponit ? ipse
semper nobiscum agit ; vellemusne Dei
ipsius actione ad ipsum offendendum abu-
ti , & ex ejus beneficijs instrumentum in-
gratitudini nostræ fabricagi ? quis hoc cu-
piat ?

*Cùm tot nominibus Dei sis , statue te totum
penitus ei donare , veluti furtum reputans ,
quidquid ei è corde tuo subtrahis , ut id creaturis
tribuas.*

Nunquid non ipse est pater tuus , qui
possedit te , qui fecit , & creavit te ? *Deut. 32.6.*

Ille me totum sibi exigit , qui totum me
fecit , Bern.

D I E S